dotationes, confirmationes, permutationes, concessiones, ab ao. 936. ad an. 1071. ex antiquo Cod. Magdeburg: collectae, descriptae et iusto secundum seriem illorum, quibus consignatae fuerunt, temporum ordine collocatae. Circa finem adjunctae consimili, quoad licuit, ordine, Pontificum Romanorum ejusdem aevi bullae, Sanctiones et Similia. Inclytorum Archiepiscopatus Magdeb. Statuum iussu atque nutu, studio vero labore et cura M. V. G. Olearii 1678.

\# \#

\#

Codices Chartacei Latini

In Quarto

No: I.

(105) Horatii Ars poëtica, Sermones et Epistolae; Pet. Paul. Vergerii liber de ingenuis moribus; Vergilii Moretum.

|: ex Bibliotheca Spizeliana :|

N. II.

(106) Ioan. Bodini Colloquium Heptaplomeres de abditis rerum sublimium arcanis, libris VI digestum.

* Autor, sicut in omnibus, ita et in Physicis Novator devariis Naturae argumentis sub forma dialogi disserit, et hac styli forma paradoxas monstrosasque opiniones proponit.
Quantum quidem mihi innotuit, hoc colloquium nondum editum est. Cum enim Polyc. Leyserus Professor Historiarum Helmstadiensis, qui etiam de vita et scriptis Io. Bodini optime exposuit, primam hujus Colloquii editionem meditaretur, morte abreptus fuit 1728.